Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



50.

Ebracum, celeberrimum est Franciæ orientalis Monasteriū, tribus Bamberga milliaribus dissitum, fundatum anno 1126 a Bernone et Richwino de Ebrau Equitibus auratis; quorum prior spreto seculo ibidem Conversum induit, atque eximia sanctitate floruit. Vid. Bruschius Monasteriol. Jongelinus Notit. Abbat. Cisterc. Notitia Monasterii Ebracensis, et Idea Congregationis Cisterc. sup. Germ. Sartorius in Cistercio bistertio germ. Hodiernus amplissimus Præsul | totius Congregationis superioris Germaniæ Præsidis ac Vicarii generalis munere fungitur. Hieronymus.

| Hieronymus

50) Manriques Annal. ad annum 1162. ~~Justi~~ Jongelinus Notit. Abbat. Cisterc. Henriques in Privil. Ord. Cisterc.

51) Exordium magnum Dist. 1 C. 33.

52) Joan. Pitsæus l. de Scriptoribus Angliæ apud ~~Hen~~ Manriquem Annal. ad an. 1163 C. 1: Gilbertus, cognomento Magnus, natione Anglus, Monachus Cisterciensis, et tandem totius illius Ordinis præpositus generalis, vir acuti ingenii, solidi judicii, tenacis memoriæ. Quibus fretus adminiculis ad eminentem plane pervenit eruditionem. Poeta non contemnendus, Retor eloquio clarus, stylo nitidus, sermone gravis, Philosophus etiam subtilis et sublimis, Historicus insignis, in concionibus celebris, in quibus sanctorum Gregorii Magni et Bernardi fuit diligens imitator, Theologus denique profundus et solidus. Postquam Anglicas Academias frequentasset, Gallicas etiam invisit, maxime Parisiensem et Tolosanam; in quibus studuit, disputavit, prælegit, scripsit, Bibliothecas perlustravit, selectiores omnis generis libros pervolvit, notatu digniora diligenter ubique tanquam flores decerpsit, in ordinem redegit, et ex his plurima ad omnis posteritatis utilitatem edidit.

53) Manriques Annal. ad 1164 C. 7.

54) De his vide Manriquem Annal. ad an. 1163 C. 4; 1164 C. 8; 1166 C. 4 | 1165 C. 2. Henriquem in Menol. ad 28 Januarii, ad 23 Decembris, ubi S. Joannis Ciritæ Epitaphiū sequens legitur:

| ubi S. Aelredi etiam scripta recensentur;

Joannes Abbas Cirita
Rexit Monasteria
Sancti Joannis, Sancti Christophori,
Salcedæ, Sancti Petri,